

cap. 727 Imperator non habet ius ab electoribus sed a papa<sup>a)</sup>).

Hic oritur questio de eo quod dicitur, quod imperator ab electoribus nullum habet ius<sup>b)</sup> in imperio. «...» quia videmus contrarium, quia quam cito imperator est electus in Franchforth, quod archiepiscopus maguntinus<sup>1)</sup> coronat ipsum corona argentea in Aquisgrani et administrat iura imperialia nec super hoc requiritur aliqua confirmatio summi pontificis et<sup>2)</sup> hoc confirmatur, quia antiquitus exercitus sibi preficiebat imperatorem. Glosa<sup>3)</sup>: 'Ex sola electione principum fit verus imperator, etiam antequam confirmetur per papam, di.<sup>c)</sup> lxiii. Quanto<sup>4)</sup>'; et per Archidiaconum xxiii. di. *In nomine domini*<sup>5)</sup> et<sup>d)</sup> per Innocentium de electione. *Venerabilem*<sup>d)</sup><sup>6)</sup> et per Ostiensem de verbis significatis. *Super quibusdam*<sup>7)</sup>. Circa istam questionem est dicendum, quod ex<sup>8)</sup> sola electione nullum ius administrationis in imperio acquiritur nisi forte in regno Alamanie, in quo acquiritur ius electo sive ex longa consuetudine, cui standum est, ubi contrarium non reperitur lege sancitum, quia tunc pro statuto habetur, et dicit c. di. «i.» c. 5.e)<sup>9)</sup>, vel ex<sup>f)</sup> ipsa ordinatione principum provincie Alamanie, qui imperatori se tamquam in re propria possunt se subicere; et tunc in sua coronatione vocatur rex sed non imperator, Extra. de electione. *Venerabilem*<sup>10)</sup> et<sup>g)</sup> in decretis di. xxiii.<sup>h)</sup> *In nomine domini*<sup>11)</sup>, et hoc magis declaravit<sup>g)</sup> Innocentius quartus in apologetico ad Federicum imperatorem<sup>12)</sup>, ubi dicit quod per<sup>13)</sup> electionem et coronationem in Almania, etsi acquiratur ius in regno, non tamen in imperio nisi spe future actionis<sup>13)</sup>, quod habet compleri quando per papam coronatur. Et sic patet responsio ad argumenta, quia ex sola electione fit imperator in spe sed non in re.

cap. 728 De corona Mediolani et Modoetie<sup>a)</sup>).

Sumus pontifex confirmatum in regem Romanorum, quando sibi visum fuerit, vocat eum ad coronam imperii et tunc intrat Ytaliam et coronatur Mediolani fascia argentea per archiepiscopum mediolanensem in ecclesia sancti Ambrosii; tamen<sup>b)</sup> in Libro provinciali<sup>c)</sup><sup>1)</sup> dicitur, quod coronatur per<sup>d)</sup> archiepiscopum mediolanensem in villa, que dicitur Modoetia dyocessis mediolanensis, et dicitur<sup>e)</sup>, quod in Almania coronatur corona ferrea; hoc idem notavit Iohanes Andree in quadam glosa super Consilium viennense<sup>2)</sup>. Pan-

cap. 727 a) Imperator — papa om. O b) om. A c) dicitur O d) et — Venerabilem om. O e) di. c. I A f) om. O g) et — declaravit om. O h) xxiii A

1) *Beide Quellen des Galv., der Lib. provint. und die Glosse des Joh. Andree, schreiben Coloniensis; vielleicht ist die Vertauschung auf die Krönung Ludwigs d. B. durch den EB von Mainz zurückzuführen.* 2) et — quibusdam (vor Anm. 7) vgl. *Tholomeus von Lucca*, DC 5, 20—28. 3) D. 93 c. 24 Gl. ad v. Imperatorem. 4) D. 63 c. 10. 5) *Guido de Baysio, Rosarium* zu D. 23 c. 1 (Venetiis 1601) f. 27v—28r. 6) *Innocenz IV., Comm. zu 1. 6. 34 (Venetiis 1610) S. 79 ff.* 7) *Hostiensis, App. zu 5. 40. 26 (Venetiis 1581) f. 130 A—131.* 8) ex — imperatorem (vor Anm. 12) vgl. *Tholomeus von Lucca*, DC 23, 27—24, 17. 9) D. 1 c. 5. 10) X. 1. 6. 34. 11) D. 23 c. 1. 12) Vgl. *Tholomeus von Lucca*, DC 24, 16 f. 13) per — actionis vgl. *ebd.* 61, 29—62, 1 mit Anm. 10.

cap. 728 a) De — Modoetie om. O b) legitur add. O c) qui add. O d) in A e) dicit AO

1) *Provinciale Rom. (s. o. cap. 725 Anm. 1) S. 258 f.* 2) *Clem. 2. 9 c. un. Gl. ad v. Vestigiis.*